Adnotationes quaedam in SECUNDAM PARTEM schematis Constitutionis Pastoralis "De Ecclesia in Mundo huius temporis",
a Cardinali Radulpho Silva H.,Archiepiscopo S.Jacobi in Chilia,propositae.

Caput I
ad num.60
p.46,1.19 - post "siquidem" addatur "divortium et in quibusdam ragionibus...." ut affirmatio sit magis concreta pro omnibus.
p.46,1.30-31 - post "...evertere non potuerunt," addatur:
"immo non semel in honore denuo iam ibidem habetur ubi prius ipsum demoliri tentatum erat: quae omnia potius veram eius naturam plurium oculis manifestaverunt."
Ratio: cum hoc revera factum est,ex.gr.in URSS, eius explicita recordatio magis efficax reddit affirmationem textus.

ad num.61
p.47,1.17 - supprimatur expressio "quemadmodum extra legitimam unionem existere nequit,"
Ratio: est affirmatio partim ambigua,partim apologetica et insuper repetitio innecessaria.

ad num 60
p.47,1. 5 --In fine paragraphus addatur sequens propositio:
"Ipsi autem, minime oblivioni faciles,specialiter considerent in mundo huius temporis amorem illum consecratum "propter Regnum Dei" (Mt.19,42),cuius per saecula tot homines ac mulieres testes fuerunt (cf. Pius XII,Litt.Encycl. "Sacra Virginitas", AAS 46(1954),pp.174-178). Matrimonium enim et Virginitas, quin inter se opponantur,ut viae complementariae considerandae sunt in Populi Dei peregrinatione ad supremum Fontem totius amoris."
Ratio: Videtur necessarium connectere,in forma positiva,thema de Matrimonio cum themate de Virginitate,ad indicandam eorum complementaritatem in organica vita Ecclesiae,quin imminuatur,propter hoc,specificam ac valde positivam praesentationem Matrimonii.

ad num. 61 (rursus)
p.48,1.1-3- corrigatur tota phrasis sequenti modo: ".....adimplebunt, et eorum curam domesticam,quorum amantissima sollertia iuniores praesertim liberi naturaliter indigent,magni aestimabunt."
Ratio: ne excludatur pater a labore domestico.praesertim in tam variis cpndicionibus socialibus.

ad n.62
p.48,1.40 - loco "ab omni illicito opere", dicatur "ab omni opere verum amorem offendentem",
ut vitetur interpretatio potius legalista vel ethicae materialis.
p.49,1.4 - substituatur "christifideles" per "coniuges" ,claritatis causa.
p.49,1.5 - loco "eminere",dicatur "prosequi" ,veritatis causa.

ad num 63
p.49,1.41-42- aggregentur aliqua verba ita ut phrasis definitve sic sonet:
"...necnon suum esse prolis numerum,etiam magnum, secundum Dei dona verique amoris indicationem et circumstantias concretas determinare."
Ratio: ut affirmatio evadat magis completa et implicet sensum substantialem ultimae phrasis paragraphus,quae,ob motiva indicanda, nobi supprimenda esse videtur.
p.50,1.9-14- terminetur paragraphus cum "...revera merentur." Suuprimantur omnia quae sequuntur usque ad finem paragraphus :"Quos inter... et Ecclesiae augmentum."
Ratio: quia introducit discriminationem inacceptabilem quoad confidentiam divinae Providentiae et quoad prudens communeque consilium(?). Nobis videntur sufficientes emendationes introductae in adnotatione anteriori.

Caput II

ad num.65

p.52,l. 5 - supprimatur "secus ac bona mere materialia"; substituatur "exceptione" per "exclusione" ,ad textum simplificandum et clarificandum.

ad num.67

p.52,l.31 - loco "spirituali",dicatur "personali",claritatis causa.

ad num.68

p.53,l.25 - mutetur oratio sequenti modo: "Quibus rite perpensis,neminem fugit , minus autem christianos,omnes in una familia humana fraterne unitos" Ratio: ne christiani videantur privilegiati...et ut melius respondeat textui originali gallico.

ad num.69

p.54,l. 7 - loco "Sapientia",dicatur "Dei sapientia",quae ab aeterno cum Eo erat,cuncta componens,ludens..." , claritatis causa et ad vitandas discussiones in interpretatione.

p.54,l.19 - post "vel hominem ipsum" addatur: "aut positivas scientias vel artes technicas" , ut magis explicite respondeat realitati.

ad num.70

p.54,l.31 - loco "instrumentum", dicatur: "medium necessarium", ut sensus affirmationis evadat magis amplus.

ad num.71

p.55,l.20 - loco "spirituali",dicatur "personali" , uti iam explicavimus.

ad num. 72

p.56,l.4 - post "...sexus,nationis" addatur "religionis" ,realitatis causa.

ad num.73

p.56,l.38 - supprimantur verba "pro pluribus hominibus",quia hodie de facto non est ita pro innumeris populis tertii mundi.

ad num.74

p.58,l. 1 - loco "plurimum", dicatur "insuper", veritatis causa.

p.58,l. 2 - substituatur "aptius" per "profundiori modo",veritatis causa.

p.58,l. 3 - supprimatur "etiam".

Caput III

ad num.75

p.60,l. 5- loco "Civitatis",dicatur "Status",secundum distinctiones iam hodie ab omnibus adquisitas.

p.60,l. 7 - post "...oeconomiam", addatur "virtualiter aptum effecerunt..." Ratio: ut affirmatio sit magis consona realitati.

p.60,l.24 - substituatur "etiam" per "in dies" ,uti patet.

ad num.79

p.62,l.32ss.- facienda est hic aliqua transpositio unius propositionis hoc modo: post "operam praebere." in linea 32, prosequatur cum "Exinde proficiscitur.....digne excolendi." in lineis 34 usque ad 39; et post "...digne excolendi." in linea 39, prosequatur cum "Credimus denique....manibus operaretur." in lineis 32 usque ad 34. Ratio: sic tota paragraphus magis logica apparet.

ad num.81

p.64,l.12ss.- etiam hic facienda est aliqua transpositio sequenti modo: phrasis "Ceterum omnibus ius.....suisque familiis sufficientem,." ponatur in linea 15 post "...sublevandos obligari."
Ratio: sic sequentia idearum magis logica apparet.

PATRIMONIO UC

Caput IV
ad num.88
p.69,l.29 - non dicatur "Plene congruit cum natura humana",sed potius scribatur: "Ipsa natura humana postulat..." ,ut asseveratio sit magis positiva et vera.

Caput V
ad num.91
p.72,l.18 - post "et infra nationem", dicatur: "unicuique coetui ac unicuique civi", ut considerentur etiam societates intermediae.

ad num.94
p.74,l.40ss.- Tota ista paragraphus videtur nimis vaga et inefficax. Includit affirmationes ethicae generalis sine indicationibus concretis secundum situationes historicas. Haec visio abstracta non est sufficiens ad actionem movendam et ad historiam dirigendam.

ad num.95
p.75,l.33 - supprimatur "dioecesi" , quia revera non habet momentum in argumento magis generali istius capitis.
p.75,l.33-34- supprimatur "si casus fert" ,ut maius momentum detur iis quae proponuntur.

ad num.96
p.75,l.38 - loco "inexhaustam fere" dicatur simpliciter "magnam" ,veritatis causa,ne exaggerate loquatur in re tam problematica.
p.76,l.14 - finem imponatur paragrapho cum verbis "...sine mora aggrediendum." Coetera,a linea 15 usque ad 22: "capacitas res.....promoveantur." supprimantur,quia non videntur ullo modo necessaria.
NB. - Tota paragraphus 96 non distinguit cum claritate duplex problema scilicet: 1) explosionis demographicae,
2) augmenti productionis bonorum;
hae duo problemata non coincidunt; adest inter ipsa discontinuitas ita ut solutio secundi problematis nullo modo implicet solutionem primi.

ad num.97
pp.76-77 - Iste numerus est revera superficialis ac minimi momenti in re tam gravi.
Nobis dicendum videtur quod problema demographicum est etiam verum problema "politicum" et non simpliciter familiare vel internationale; in tota paragrapho nunquam supponitur quod de facto Bonum Commune intrat in determinatione et solutione huius problematis. Cum materia istius paragraphus sit obiectum studii alicuius Commissionis Pontificiae specialis,melius erit supprimere totum numerum vel ipsum funditus reconsiderare ita ut evadat affirmatio profunda et positiva,vere digna nostri Concilii Oecumenici.